

et benignitas precipue esse debent^t in episcopo, sic et castitas propria^u et, ut ita dixerim, pudicitia sacerdotalis, ut non solum ab opere se immundo absteineat, verum ab iactu^v oculi et cogitationis errore mens Christi corpus confectura sit libera. *Iustus* quoque episcopus esse debet et *sanctus*, ut iustitiam in populis, quibus preest,

5 exerceat, reddens unicuique, quod meretur, nec accipiat personam in iudicio.

Item Gregorius de pastoribus ecclesie⁵⁹: Cum⁶⁰ rerum necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc rite perveniens, qualiter vivat, et bene vivens, qualiter doceat, et recte docens, infirmitatem suam / 106^t / quotidie quanta consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat aut perventioni vita contradicat aut vitam doctrina destituat aut doctrinam presumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet, post autem magisterium, quod a non querente suscipitur, vita commendet. Ac deinde necesse est, ut pastoris bonum, quod vivendo ostenditur, loquendo propagetur. Ad extremum vero superest, ut perfecta queque opera consideratio^w propriae infirmitatis deprimat, ne hec ante occulti arbitris^x oculos tumor elationis extinguat. Isaia^s⁶¹ quoque propheta ait: *Clama*⁶², ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Preconis namque officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis^y, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si predicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est? Sancti⁶³ viri,

10 dum presunt, non in se potestatem ordinis, sed equalitatem conditionis attendant, nec preesse gaudeant hominibus, sed prodesse. Sciant^z enim, quod antiqui patres nostri non tam reges hominum quam pastores pecorum fuisse memorantur. Cum Noe Dominus filiisque eius post diluvium diceret: *Crescite*⁶⁴ et multiplicamini

t) debet Hs.

u) proprie Hs.

v) lectu Hs.

w) consideratione Hs.

x) arbitri Hs.

y) iudicii Hs.

z) Scient Hs.

59) Danach Rest der Zeile freigelassen.

60) Cum – Z. 15 extinguat aus Gregor I., *Regula pastoralis*, Praef., ed. Bruno JUDIC, *Sources chrétiennes* 381, 1992, S. 124–126. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 336, 25–337, 2). – Danach, hier ebenso wie in der Kanonikerregel, sofort Übergang zu dem mit Isaia^s beginnenden Ausschnitt aus der *Regula pastoralis*.

61) Isaia^s – Z. 19 daturus est aus Gregor I., *Regula pastoralis* II 4, ed. JUDIC S. 190. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 337, 2–5), und zwar einschließlich des Z. 16 quoque propheta ait und des Z. 17 namque (statt quippe bei Gregor).

62) Isai 58, 1.

63) Sancti – S. 62 Z. 2 terre aus Gregor I., *Moralia XXII*, 15, 22, ed. Marcus ADRIAEN CC 143 A S. 1082. Vgl. auch Gregor I., *Regula pastoralis* II 6, ed. JUDIC S. 202–204. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 13 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 337, 19–23), und zwar einschließlich des Z. 23 post diluvium.

64) Gen. 8, 17.